Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Actvs IIII. Scena IIII.

urn:nbn:de:bsz:31-139622

Visual Library

Iambici trimetri.

MYSIS.

NIhilne eſſe proprium cuiquam? Dij veſtram fidem.
Summum bonum eſſe heræ putabam hunc Pamphilũ
Amicum amatorem, virum, in quouis loco
Paratum: verum ex eo nunc miſera quem capit
Dolorem? facilè hic plus mali eſt quàm illic boni.
Sed Dauus exit mi homo, quid iſthuc obſecro eſt?
Quò portas puerum?

ACTVS IIII. SCENA IIII.

Iambici trimetri.

DAVVS, MYSIS.

Hemiſtichium abſoluitur proxima ſcena.

MYſis nunc opus eſt tua
Mihi ad hanc rem ex prompta memoria, atq; aſtutia.

Noua cõſilia, Dauus reperit ad diſturbandas nuptias

My. Quidam inceptarus? Da. accipe à me hunc ocius,
Atq; ante noſtram ianuam adpone My. obſecro,
Humine? Da. ex ara hinc ſume verbenas tibi.
Atq; eas ſubſterne. My. quamobrem id tute non facis
Da. Quia ſi fortè opus ſit ad herum iurandum mihi
Non adpoſuiſſe, vt liquidò poßim. My. intelligo
Noua nunc religio in te iſthæc inceßit, credo.
Da. Moue ocyus te, vt quid agam porrò intelligas
Prô Iupiter, My. quid? D. ſponſæ pater interuenit,
Repudio conſilium, quod primum intenderam,

My. Neſcio quid narres. Da. ego quoq; hinc ab dextera.
Venire me adſimulabo, tu, vt ſubſeruias
Orationi, vtcunq; opus ſit verbis, vide.
My. ego, quid agas, nihil intelligo: ſed ſi quid eſt,
Quod mea opera opus ſit vobis, aut tu plus vides,
Manebo, ne quod voſtrum remorer commodum.

ACTVS IIII. SCENA V.

Iambici trimetri.

CHREMES, MYSIS, DAVVS.

Reuertor, poſtquam, quæ fuêre opus ad nuptias
Gnatæ, paraui, vt iubeã accerſi: ſed quid hoc?
Puer hercle eſt, mulier, tun' appoſuiſti hunc? My vbi
Illic eſt? Ch. non mihi reſpondes? My. hem, nuſquam eſt, væ miſeræ mihi. (Iambici Tetrametri.
Reliquit me homo, atq; abijt. Da. Dij voſtram fidem
Trimetri rurſus.
Quid turbæ eſt apud forum? quid illic hominum litigant? Troch. cata.
Tum annona cara eſt? quid dicam aliud neſcio.
My. Cur tu obſecro hic me ſolam? Da. hem, quæ hæc eſt fabula?
Eho Myſis, puer hic vnde eſt? quiſue huc attulit?
My. Satin' ſanus es, qui me id rogites? Da, quem ego igitur rogem
Qui hic neminem alium video? Ch. miror vnde ſit.
Da. Dicturane quod rogo? My. au. Da. concede ad dextram.

My. De